SERTVM HVNNIANVM

EX ABSVRDITATVM FLORIBVS

QVOS MENSIBVS NOVEMBRI ET DECEMBRI, ANNO M. DCI. IN Colloquio Ratisbonensi, pleno calatho effudit ÆGIDIVS HVNNIVS Prædicans,

CONTEXTVM

IN GRATIAM IPSIVS IMPRIMIS HVNNII TAM FLORIFICI OLITORIS; DEINDE IN COMPENSATIONEM FLOSCVLORVM Iesuiticorum, quos M. Fridericus Baldvvein Dresdensis paupere fiscella pauper Poëta Europæ misit inspiciendos.

AVCTORE

IACOBO AVRIMONTIO RAVRACO.



INGOLSTADII,

Ex officina Typographica EDERIANA, apud ANDREAM ANGERMARIVM.

M. DCII.



MAGNIFICO,
ILLVSTRI, GENEROSO DOMINO, DOMINO BERCHTOLDO LIBERO BARONI A VVOLCKENSTEIN celeberrimæ & Catholicæ Academiæ Ingolstadiensis Rectori &c.



BOiarici Rector decus immortale Lycei,
Atque Tyrolensis Nubea Gemma iugi.
Nuper Saxonicis mihi missa est sportula terris,
Sportula Romani flore superba soli.
Sic foris Ausonium mentita est improba fastum,
Sed Lutherani flos erat intus agri,
Et fucata strues, & adultera germina nardi,
Ac stibio Hæretici lilia tincta doli.

Munera mittenti ſtat munera mittere vati,
Et pro flore dato florea texta dare.
Conueniunt docto doctè compoſta Poëtæ,
Bacchi turba ſuo ſtruxit amica proco.
Hæc eadem vt veniant longinquas ſalua per oras,
Apprimimus nomen ceu ſacra ſigna tuum.
Res leuis eſt, & eget VVolckſteinæ pondere ſtirpis:
Nam vappa, & primas pendula lappa tenent.
Sed lolii & lolii cur ſit ſtructura, rogabis?
Flores nolo bonos fronte perire mala.

Magnificentiæ V.

dediciſſimus

IACOBVS AVRIMONTIVS.





SERTVM HVNNIANVM

EX ABSVRDITATVM FLORIBVS

QVOS IN COLLOQVIO RAtisbonensi pleno calatho effudit Ægidius Hunnius Prædicans.



Reidreich & sitiens Balduein
Semeleia proles
Nescio quos nuper Pæstanos viderit
hortos
Nictante à cyathis oculo, tenebrasque ciente:
Pro cepâ violam, pro bulbo aspexit amomum,
Et plenum euellit calathum, quem vimine sutum,
Ac sartum agresti, ceu mercem, misit in omnes
Europæ terras, & pulchro hoc schemate Floram In hara scriptum Baldvvei ni carmē.
Exposuit venum. Pfui sordida verba Poëtæ!
Me freme periurum, si non stabularius omnis

Aut cocus Euandri linguâ meliore loquuti,
Verba quibus fuerant fumoso abrasa camino.
Nimirum & nostris oculis fiscella probata est,
Et Pyrrhæ rebamur opus, quæ dicitur oua,
Et matrem ouorum simili posuisse locello,
Vt gallum faceret patrem. Deteximus horti
Delicias, Bauaris, quas educat area terris;
Sic etenim canis aut gannis, & vidimus illas
Vndiq; mendaci fucatas esse veneno.

Absurdo omnia absurda sunt, præter ea, quæ sunt. Bald-vvein in ebrietate bona fide quædam mẽtitur.

Pars nostra est fateor, sed quæ non naris obesæ
Pelliciat genium, medio nil porca roseto
Sentit odoratum; rostro prosulcat arenam;
Et si quæ reperit, conspurcat lilia cœno.
Pars alia insani mera sunt figmenta cerebri,
Quæ solitus dictare furor, non ille sororum
Castus & è puro promanans fonte, sed ille,
Quem Bacchus Bacchæq; cient, quẽ turbida vina
Progenerant, quem folle suo trux Hæresis adflat.
Sed missa hæc facio, ne dum te cædo furentem,
Oestris ipse agiter paribus, videarq; sequutus
Pugnantem Aiacem, qui tela in terga iuuenci
Impulit, & iustos demens non attigit hostes.

Meos dẽtes ditiori prædæ reseruo.

Quem ferio, vir sit; non in te spargimus arma,
Qui ferrum laxo circumfers missile neruo.

Ardet

Ardet maiores noster Mars edere cædes.
Nec tua nos terret, quæ circum tempora serpit
Laurus, Apollinei non est decor iste triumphi,
Non hostes tibi sunt, non barbara castra subacta,
Quæ Latium cingunt, & purã in Saxone linguam.
Ne tamẽ huc vernantis opes transmiseris anni
Frustra, munificæ pariabo munere menti,
Et vates vati donabo pactile sertum,
Sertum quo possis magnum exornare Thrasonem,
Victoremq́; Hunnum, qui vafræ fulmine linguæ
Scilicet Ausonios fudit, Romamq́; subegit.
Sertum quo poteris proprios decorare capillos,
Nam Phœbus gestam repetit Ioue iudice laurum,
Quæ furto sublecta tibi, dum monte sub imo
Fontes desperas Clarios, sorbesq́; lacunam
Quam satur à potu meiendo Pegasus implet.
Gratia, si gratos sertum spirabit odores,
*Tota olitoris * erit, quos flores obtulit, istos*
Teximus, & Bacchas opus ad cõmune vocamus,
Nam Musæ renuunt: alias sueuêre corollas
Pangere, & Aoniis solis seruire Poëtis.
Eia igitur saturæ à saturo secedite Patre
Bacchæ, huc ferte pedes, hyacinthos fundimus ões,
Et quicquid gelido transmisit ab axe Priapus,

In inscriptione subiicit nomini suo, P. L. ego more criticorum Poëtam laruatum olfacio.

Diebus festis Hũnio præceptori honos detur.

Pfui quale vinum bibit meus Baldvvein.

***Hunnij.**

Qui

*Qui superintendit * Superintendentis in horto.*
Nectite io Baccha tribulos, subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
*Sit locus helleboro * primus; ratione laborat*
Hunnius, & stulta in gyrum vertigine fertur.
Tergemina Logica quoties indagine pressus
Fit rationis inops, cerebri mala nubila deflet.
Quid tibi terrarum Doctor defluxit ab ore
Verbi? si cæca est ratio, quid perdere cæca
Vis ratione orbem, paradoxaq; ponere iura,
Et miseram patriam ciuili inuoluere flamma?
Anne pecus brutum nos Hunnius arbitratur
Persimilesq; sui, queis cæco applaudere mos sit,
Et cæcum laudare ducem? Nos luce serena
Viximus, infernis quàm nox fumarit ab vmbris,
Cui patrum irrisor, vestraq; infamia terræ
Lutherus, Cham alter, vastum patefecit hiatum.
Scilicet hic vir erat supero qui lapsus olympo
Iuppiter in terras, vt decutiendo cucullum
Ignotum nobis plueret Christumq́; fidemq́;
Sed cecidere pedes, qui paruo ab tergore nigris
Pellucent maculis, pardumq́; colore lacessunt.
Nectite io Baccha tribulos, subnectite Lappas
Et vestros decorare nouo diademate Vappas.

Hippu-

* Hunnij.
* Niesswurtz.
Ratio est cæca: Hæc est vltima Hunnij solutio, quando aliam nescit.
Ante Lutherũ totus mundus stultus fuit, scilicet.
Pediculosa Lutheri fides.

Hippurin * *religare placet, qua flumine cassos*
Lustrali infantes densa in caligine verrat
Et cælo importet. Sacrorum est proditor Hunni,
Qui sacra pscribit. quid opus purgamine lymphæ,
Quando etiam illotis patet altæ ianua Lunæ?
At tu lugentes vano sermone parentes
Solaris, fingendo nouos pro pignore cœlos.
Mentiri te Christus ait, qui eliminat omnes,
Quorum primæuum nondum scelus eluit vndæ.
Nectite io Bacchæ tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Hippuri Hippurin sedet addere, namq; Nepotes
Hunnius Abrami quoq; depurare, vel ipsæ
In media satagit primorum sorde parentum.
His satis est solo Abrami de sanguine nasci,
Et prima in Patrum serie numerare probatum
Cælicolis vnum: hem mentem subit ira furorq;!
(Ne me quære pium, quando pia Numina quæro)
Dire Deus, Magni quid fecit pusio Mosis
Vt iugulum integri peteres? Sephora puellum
Debuit infelix cultro sacrare cruento,
Si voluit cædem perituri auertere Nati,
Hunnius inuito tales transcribit Olympo:
Qualiter & fœdas connata labe puellas,

* Katzenschwantz siue Roßschwantz.

Hunnius infantũ sine baptismo decedentium nouus Saluator Crucifigatur.

Hunnius solatur mœstos parentes, non vt iis luctum leuet, sed crumenã pro suaui verbo.

Hunnius est paruulorum Iudæorũ causidicus, pro iis etiam incircumcisis cœlũ iure exigit.

Queis negat expurgans taciturna ob Biblia signu.
Nectite io Baccha tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Allia * succedant, auidis cibus allia verpis,
Allia deliciæ, Nasiq; gulaq; Rabini
Saxonici. Ciuem ciues quid fertis apellam
Saxones? iste fugam recutita ad castra volutat,
Aut ipsos habet æthereos ludibria Diuos.
Impia vox missa est, nullo reuocabilis æuo
Legiferi Mosis durasse huc vsq; cathedram,
Et cum labenti lapsuram sidere primum,
In priscum reditura chaos cum cuncta peribunt.
Verpe Hunni Patre Luthero dignissima proles,
Hoc Euangelij est nomen iactare superbum,
Exsectumq; toga thalari abscondere Iudam?
Nectite io Baccha tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Miscete appositis * nasturtia floribus, atra
Insanum obnubit rursus caligo cerebrum,
Et varia somni deludit imagine Morpheus
Doctoremq; nouum, fabricatoremq; pusilli
Ingenij; longè superat meus Hunnius artes
Dædaleas, nec enim fallentem condidit hortum
Tantùm, sed pueris etiam molitur acumen
Mentis.

* Knoblauch.

Hunnius cum Iudæo Schimelino eandem fidem habet.

Hunnio Mosis cathedra est æterna.

* Kressen.

Hunnius fabricat pueris hodie natis intellectum.

Mentis, & in cunas Rationis lumina spargit,
Cum sacrum aspergit fontem. Quis tale q̄d vnqam
Pythagoras meminit, longum meminisse suëtus?
Hunnius an fuerit? certè est: nam mœnia Troiæ
Abs se tum Euphorbo pariter pulsata fuisse
Commeminit, strato Graiis nondum Hectore telis.
Nectite io Bacchæ tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Buglossum * apporto, mugitibus Hunnius instat,
Quales nec Siculus diro dedit ore iuuencus.
Aligeri * scribæ in canonem monumenta recepta
Non Christi diâq; fide, verum indice tantum
Credier humano; portentum infandius ætas
Nulla tulit. Miseri? quid Numine ludimur ipso?
Religio humano solita est sistere fulcro:
Vltra abeat Gades, Thulesq; resīdat in antris.
Nectite io Bacchæ tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Iungite nunc lapathū, struma tumet Hunnius, ohe
Iam datus est terris iudex, iam præco sonoram
Maturet sufflare tubam, sententia muto
Iudice dicetur surdis. Scriptura sedebit
Consulis Ausonij bis sena armata securi.
Dudū expecto reus, tandē vox insonet Hunni


Hunnius intellexit se baptizari, & adhuc meminit, q̄ lustralem vittā, siue futuri ominis cappam gestarit.

* Ochsen jungen.

* S. Math. Hunnius nō magis credit S. Matthęo, quam Liuio.

Non est articulus fidei Euãgelium S. Matthæi esse Canonicū.

Scriptura est Iudex controuersiarū: siue Ager inter me & istum litigantē est iudex. O ingenium. & stupor.



MAGNIFICO,

ILLVSTRI, GENEROSO DOMINO, DOMINO BERCH-TOLDO LIBERO BARONI A VVOLckenstein celeberrimæ & Catholicæ Academiæ Ingolstadiensis Rectori &c.

BOiarici Rector decus immortale Lycei,
Atque Tyrolensis Nubea Gemma iugi.
Nuper Saxonicis mihi missa est sportula terris,
Sportula Romani flore superba soli.
Sic foris Ausonium mentita est improba fastum,
Sed Lutherani flos erat intus agri,
Et fucata strues, & adultera germina nardi,
Ac stibio Hæretici lilia tincta doli.

Munera mittenti ſtat munera mittere vati,
Et pro flore dato florea texta dare.
Conueniunt docto doctè compoſta Poëtæ,
Bacchi turba ſuo ſtruxit amica proco.
Hæc eadem vt veniant longinquas ſalua per oras,
Apprimimus nomen ceu ſacra ſigna tuum.
Res leuis eſt, & eget VVolckſteinæ pondere ſtirpis:
Nam vappa, & prima s pendula lappa tenent.
Sed lolii & lolii cur ſit ſtructura, rogabis?
Flores nolo bonos fronte perire mala.

Magnificentiæ V.

deditiſſimus

Iacobvs Avrimontivs.





SERTVM HVNNIANVM

EX ABSVRDITATVM FLORIBVS

QVOS IN COLLOQVIO RAtisbonensi pleno calatho effudit Ægidius Hunnius Prædicans.



Freidreich & sitiens Baldvein Semeleia proles
Nescio quos nuper Pastanos viderit hortos
Nictante à cyathis oculo, tenebrasque ciente:
Pro cepâ violam, pro bulbo aspexit amomum,
Et plenum euellit calathum, quem vimine sutum,
Ac sartum agresti, ceu mercem, misit in omnes
Europa terras, & pulchro hoc schemate Floram In hara scriptum Baldvvei ni carmē.
Exposuit venum. Pfui sordida verba Poëta!
Me freme periurum, si non stabularius omnis

Aut cocus Euandri linguâ meliore loquuti,
Verba quibus fuerant fumoso abrasa camino.
Nimirum & nostris oculis fiscella probata est,
Et Pyrrhæ rebamur opus, quæ dicitur oua,
Et matrem ouorum simili posuisse locello,
Vt gallum faceret patrem. Deteximus horti
Delicias, Bauaris, quas educat area terris;
Sic etenim canis aut gannis, & vidimus illas
Vndiq; mendaci fucatas esse veneno.

Absurdo omnia absurda sunt, prter ea, quæ sunt.

Pars nostra est fateor, sed quæ non naris obesa
Pelliciat genium, medio nil porca roseto
Sentit odoratum; rostro prosulcat arenam;
Et si quæ reperit, conspurcat lilia cœno.

Baldvvein in ebrietate bona fide quædam métitur.

Pars alia insani mera sunt figmenta cerebri,
Quæ solitus dictare furor, non ille sororum
Castus & è puro promanans fonte, sed ille,
Quem Bacchus Bacchæq; cient, quē turbida vina
Progenerant, quem folle suo trux Hæresis adflat.
Sed missa hæc facio, ne dum te cædo furentem,
Oestris ipse agiter paribus, videarq; sequutus
Pugnantem Aiacem, qui tela in terga iuuenci
Impulit, & iustos demens non attigit hostes.

Meos dētes ditiori prædæ reseruo.

Quem ferio, vir sit; non in te spargimus arma,
Qui ferrum laxo circumfers missile neruo.

Ardet

Ardet maiores noster Mars edere cædes.
Nec tua nos terret, quæ circum tempora serpit
Laurus, Apollinei non est decor iste triumphi,
Non hostes tibi sunt, non barbara castra subacta,
Quæ Latium cingunt, & purã in Saxone linguam.
Ne tamẽ huc vernantis opes transmiseris anni
Frustra, munificæ pariabo munere menti,
Et vates vati donabo pactile sertum,
Sertum quo poßis magnum exornare Thrasonem,
Victoremq́; Hunnum, qui vafræ fulmine linguæ
Scilicet Ausonios fudit, Romamq́; subegit.
Sertum quo poteris proprios decorare capillos,
Nam Phœbus gestam repetit Ioue iudice laurum,
Quæ furto sublecta tibi, dum monte sub imo
Fontes desperas Clarios, sorbesq́; lacunam
Quam satur à potu meiendo Pegasus implet.
Gratia, si gratos sertum spirabit odores,
*Tota olitoris * erit, quos flores obtulit, istos*
Teximus, & Bacchas opus ad cõmune vocamus,
Nam Musæ renuunt: alias sueuêre corollas
Pangere, & Aoniis solis seruire Poëtis.
Eia igitur saturæ à saturo secedite Patre
Bacchæ, huc ferte pedes, hyacinthos fundimus ões,
Et quicquid gelido transmisit ab axe Priapus,

Quæ

In inscriptione subiicit nomini suo, P. L. ego more criticorum Poëtam laruatum olfacio.

Diebus festis Hũnio præceptori honos detur.

Pfui quale vinum bibit meus Baldvvein.

*Hunnij.

*Munnij. Qui superintendit * Superintendentis in horto.
Nectite io Baccha tribulos, subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
* Nieß-wurtz. Sit locus helleboro * primus; ratione laborat
Hunnius, & stulta in gyrum vertigine fertur.
Tergemina Logica quoties indagine pressus
Ratio est cæca: Hæc est vltima Hunnij solutio, quando aliam nescit. Fit rationis inops, cerebri mala nubila deflet.
Quid tibi terrarum Doctor defluxit ab ore
Verbi? si cæca est ratio, quid perdere cæca
Vis ratione orbem, paradoxaq; ponere iura,
Et miseram patriam ciuili inuoluere flamma?
Anne pecus brutum nos Hunnius arbitratur
Persimilesq; sui, queis cæco applaudere mos sit,
Et cæcum laudare ducem? Nos luce serena
Viximus, infernis quàm nox fumarit ab vmbris,
Cui patrum irrisor, vestraq; infamia terra
Ante Lutherũ totus mundus stultus fuit, scilicet. Lutherus, Cham alter, vastum patefecit hiatum.
Scilicet hic vir erat supero qui lapsus olympo
Iuppiter in terras, vt decutiendo cucullum
Ignotum nobis plueret Christumq́; fidemq́;
Sed cecidere pedes, qui paruo ab tergore nigris
Pediculosa Lutheri fides. Pellucent maculis, pardumq; colore lacessunt.
Nectite io Baccha tribulos, subnectite Lappas
Et vestros decorare nouo diademate Vappas:

Hippu-

*Hippurin * religare placet, qua flumine cassos*
Lustrali infantes densa in caligine verrat
Et cœlo importet. Sacrorum est proditor Hunni,
Qui sacra pscribit. quid opus purgamine lymphæ,
Quando etiam illotis patet alta ianua Lunæ?
At tu lugentes vano sermone parentes
Solaris, fingendo nouos pro pignore cœlos.
Mentiri te Christus ait, qui eliminat omnes,
Quorum primæuum nondum scelus eluit vndæ.
Nectite io Bacchæ tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Hippuri Hippurin sedet addere, namq; Nepotes
Hunnius Abrami quoq; depurare, vel ipsæ
In media satagit primorum sorde parentum.
His satis est solo Abrami de sanguine nasci,
Et prima in Patrum serie numerare probatum
Cœlicolis vnum: hem mentem subit ira furorq;!
(Ne me quære pium, quando pia Numina quæro)
Dire Deus, Magni quid fecit pusio Mosis
Vt iugulum integri peteres? Sephora puellum
Debuit infelix cultro sacrare cruento,
Si voluit cædem perituri auertere Nati,
Hunnius inuito tales transcribit Olympo:
Qualiter & fœdas connata labe puellas,

* Katzenschwantz siue Roßschwantz.

Hunnius infantũ sine baptismo decedentium nouus Saluator Crucifigatur.

Hunnius solatur mœstos parentes, non vt iis luctum leuet, sed crumenã pro suaui verbo.

Hunnius est paruulorum Iudæorũ causidicus, pro iis etiam incircumcisis cœlũ iure exigit.

Mentis, & in cunas Rationis lumina spargit,
Cum sacrum aspergit fontem. Quis tale qd unqam
Pythagoras meminit, longum meminisse suetus?
Hunnius an fuerit? certe est: nam mœnia Troiæ
Abs se tum Euphorbo pariter pulsata fuisse
Commeminit, strato Grais nondum Hectore telis.
Nectite io Bacchæ tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
*Buglossum * apporto, mugitibus Hunnius instat,*
Quales nec Siculus diro dedit ore iuuencus.
*Aligeri * scribæ in canonem monumenta recepta*
Non Christi diâq; fide, verum indice tantum
Crediter humano; portentum infandius ætas
Nulla tulit. Miseri? quid Numine ludimur ipso?
Religio humano solita est sistere fulcro:
Vltra abeat Gades, Thulesq; residat in antris.
Nectite io Bacchæ tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Iungite nunc lapathũ, struma tumet Hunnius, ohe
Iam datus est terris iudex, iam præco sonoram
Maturet sufflare tubam, sententia muto
Iudice dicetur surdis. Scriptura sedebit
Consulis Ausonij bis sena armata securi.
Dudũ expecto reus, tandẽ vox insonet Hunni

Hunnius intellexit se baptizari, & adhuc meminit, q̃ lustralem vittã, siue futuri ominis cappam gestarit.
* Ochsen zungen.
* S. Math.
Hunnius nõ magis credit S. Matthæo, quam Liuio.
Non est articulus fidei Euãgelium S. Matthæi esse Canonicũ.
Scriptura est Iudex controuersiarũ: siue Ager inter me & istum litigantẽs est iudex.
O ingenium. ô stupor.

Me causa cecidisse meâ tormenta subibo
Hunnij ad arbitrium. risum teneatis amici
Auditum admissi. Fingas noue Dædale linguam.
Scriptura elingui, geminas dabo pendulus aures
Et dios captabo sonos. Sæpè impiat error
Hunnum, nunc etiam infatuat. Quo iudice sano
Lex arbitra sui est? Sensus sub cortice vocis
Sæpe latet tectus, multiplex sæpe. quis inde
Eliciet verum? Vis Saxonis ignea fortè,
Quæ vel de attrito quit subere ducere succum.
At laudē hanc auidū ꝑperare sinamus ad Hunnū;
Sit veri interpres; qui solus pulpita cadat,
Tunc alius iudex pro scripto iudice surget.
Ergo altas populus quatiat clamoribus auras,
Sternantur violis plateæ, lictorq; ruentem
Submoueat turbam, venit ad subsellia Prætor
Hunnius, albenti ranarum Principe maior,
Nam truncū grauitate refert, mitemq; Dynastā.
Nectite io Bacchæ tribulos, subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Iam venit in numerum auriti bona pabula bruti:
*Carduus**, *& variat diuisus acumine sertum.*
Non est litigij Christus, sed sermo Tonantis
Ex æquo decisor erit, cum Numina reddent:

Defossos

Scriptura sæpe loquitur ambiguè, ad meū an ad Hūnij auditum? Mi Hunni æquè benè audio.

* Distich.

Compa- rare inci-

Defossos tellure viros, tumbisq; redibunt,
Ad strepitum litui rediuiua ad corpora manes.
Tunc primũ ad cinerẽ, & Mundi residebit acer- (uos
Sermo Dei ac iustum solio ius dicet ab alto;
Aurea gemmato fulgebunt Biblia cliuo,
Aligeri circum certa statione silentes,
Mortalesq; infra prolata ad verba tremiscent.
Interea fas est rixari, & vertere regna,
Atq; omne humanum ridere impune tribunal.
Ah stupidum genus, ac pariter miserabile furum!
Ecquid non socio tandem Prætoria bello
Sternitis? ac lucem transfertis ad vsq; supremam
Iudicium? piceata manus, secura pericli
Reperet ad rutilas nummorum fulgure cistas.
Arbitrium serum est. quid? si durare nequibis
Per spacium hoc æui, fasces reuocare licebit,
Quos in Idumæa Moses secum abdidit alpe,
Cum lueret cæsas commissum murmur ad vndas.
Sed neq; cancrorum didici retrograda proles
Decursas remeare vias, neq; quærere clausam
Ad solem Eoum nemoroso in vertice tumbam.
Nectite io Bacchæ tribulos, subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
Addite siluestrẽ ruscum *, nam se Hunnius ipsum,

pit Hunnius. antea stult* erat, nũc stultior.

Expecto superlatiuum.

Scriptura in extremo iudicio erit iudex.

Miseri fures quid fertis patibula?

Christus fecit Mosem controuersiarum arbitrum. Amice adquid venisti?

* Stechpalm.

Qua petiit Papam, reuocatâ cuspide lædit.
Porrigit hic populo trutinam, trutinaq; potentum
Imponit decreta Ducum; si pondere sensus
Æquent plebeios, æquant mandata Tonantis;
Si secus, atratum mos est adpingere Theta.
Quid sedem excelsam, quid fulgens iudicis ostrum
Formidas Hunni, bardosq; ad sceptra tribunos
Cerdonum de fæce vocas? Sic quilibet Hunni
Iudicis est Iudex, & cum tu deiicis vnum,
Mille facis: dubium nimirum improuidus auctor
Ipse sibi fabricauit opus, se clausit in horto,
Qui vario anfractu callis deludit euntem,
Perq; vias non præbet iter. quo proruis Hunni?
Æternùm ambigui retinêre volumine flexus.
Nectite io Bacchæ tribulos subnectite Lappas,
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
*Ecce Xyrin *, circum serpunt animalcula suras,*
Et paruis stimulant Solymæũ morsibus Hunnum,
Vnde hæc tracta lues? miseros prurigine verpos
Hunnius adfricuit, streperumq; in vestibus agmẽ,
Fraternumq; pecus fraterna in pascua sumpsit.
Tantus amor fratrum. hos iusto defendere bello
Assolet, & sanctos Mundo depingere mores,
Culpatum quos Christus iit. Doctrina notata,
Moribus

Rectè iudicat populus iudiciũ sui magistratus, rectè etiam nõ acqescit.
O Hunni polũ ingenij.
Hunnius legit infinitos iudices, & nec vnũ ferre vult.

* Gwandleusiraut.
Hunnius Iudæorũ cognatus pediculos pro hæreditate accipit.

In Pharisæorum

Moribus est parsum ingenuis meus Hunnius inſit.
Tantane Doctoris ſubeunt deliria mentem?
Si quo Scribarum vitio doctrina laborat,
Errorem obtruſit Chriſtus, luſitq; coronam,
Quam liquet ad ſacram Moſis legaſſe cathedram,
Et patre ſancitas cœleſti exquirere leges.
Nectite io Bacchæ tribulos ſubnectite Lappas,
Et veſtros decorate nouo diademate Vappas.
*Vrticam * adfundo, quæ frontem noxia tangat,*
Atq; os proiectum pudibundo inflammet ab igne.
Ecquid baubatis Hunni, tentasq; latratu
Nicænos terrere Patres? Stat tempore certo
Paſchales agitare dies; iam fixa Senatus
Lex pendet valuis, quid plebiſcita requiris,
Et populi ad placitũ Gracchi de ſtirpe Tribunus,
Diſpoſitum antiquis mutas in faſtibus annum?
Nectite io Bacchæ tribulos, ſubnectite Lappas,
Et veſtros decorate nouo diademate Vappas.
*Hanc vincite typhã *; reducẽ de morte Tonantẽ*
Feſtiua laudare die ſacra pagina nuſquam
Mandat; nec ſacer eſt Paſchæ celebratio cultus.
Impie dic Proteu, quot vultus ſumis & ora?
Nunc pius appares cœnæ obſonator herilis,
Et calice inſignis bibuli pincerna popelli,

moribus nihil fuit magnopere culpadum. qdqd dicat Chriſtus.
Chriſtus malefecit ablegãdo populum ad cathedrã Moſis
*Neſſel.
Paſcha poteſt quocunque die libere celebrari.
*Narren kolben.
Celebratio Paſchatis non eſt Hunnio cultus diuinus.

Nunc Christi præco cathedra laudaris ab alta,
Et nunc lunato spectaris Apella galero.
Hunnius aut est atheus aut fanaticus
Nunc nullus, nomenq́ tuum transcribis in album
In quo Diagora, & similes de face culina,
Queis venter cœlum est, & Iuppiter vnicus esca.
Nectite io Bacchæ tribulos subnectite Lappas
Et vestros decorate nouo diademate Vappas.
* Ochsenzungen.
*Nunc hippoglossum * geminato astringite filo.*
Hunnius Syllogismũ primæ figuræ dicit esse secundæ & ideo nihil cõcludere affirmãdo, Consequẽter falsé errare didicit Hunnius, & illud crebrò.
Expuit, & lingua labente est Hunnius æger:
Illi mus vulpes, & cornix dicitur anser,
Testudo ceruus, felis Leo, porcula barrhus:
Nomina nominibus verso res ordine rebus,
Mutat, & insanus putat insanire Lyceum.
Quo Logice bellat triplici velut ense duellum,
Schema Stagiræi primum docet esse secundum;
Nempe sciens forma est, formæ iactator inanis
Dum potuit proprio ruspari in stercore gallus.
Ast vbi ab ignotis nassas conspexit easdem
Hunnius tantus est dialecticus, quantus Poëta Baldvvein.
Arte noua poni, retro subducere turpi
Se voluit cursu, Christiq́ vmbone latere,
Qui technas spernens Sophicas, vulgaribus armis
Egit & obtinuit Pharisæo ex hoste triumphum.
Heus tu Locate, da betulam.
Quid Logicẽ querimur? nõ est puerilis ab Hunno
Grammatice secura, συλός συλός insonat Hunnus.

Quid veteri facit Historia? Tertullius Afer
Atq; pedo atq; sacrâ fulsit Carthagine mitra:
Ite ite ô iuuenes crepidas subducite plantis,
Theca armate manus, nugatoremq; Lyceo
Exturbate foras, poscunt magè docta cathedra.
Hunnius ad fusos turba quid narret anili.
Ohe iam satis est Baccha, iam texta corolla est,
Quam properè noster portabit Pegasus Hunno
*Ac genero * vestro, qui dudum prandia ventri*
Spondet & in multam protracta repotia lucem.
Serto opus est, Baccho iam suffragante Magister
Jus dicet mensis, plenisq; æquale lagenis.
Currite io Baccha totas educite cellas,
Cumq; coronatis choreas producite bellas.

Tertullianus fuit Hunnio Episcop⁹ Carthagine, fortasse ante Scipionē.

* Baldvvein.

FINIS.

LECTO,





Lectori S.



FINIVI candide Lector, non quia flores finiti, sed quia meus ardor, qui in his nugis lassitudini datus. Omnem Saxoniam serto cingerem, si omnes Hunnianos flores in coronæ seriem cogerem. Vix est in Protocollo pagina vbi non aliqua purpura * floris. Quid Hunnius adfert, nisi quod vt ipse loquitur in sinum suũ delabitur? credo ex illo suo iugi narium torculari. Quem terreret hic imber? Grandi grandine pluat necesse est Saxo iste Iuppiter, si Romanas galeas icere vult. Sed quando talem coquet? Conferat cum Canidia sua Hæresi, & ollulas comportet. Omnis Thessala vis vim non habebit. Vno verbo dicam, absurditates Hunnij non centum, nõ mille lituræ delere possunt, vna potest, sed longa. Quod ad meum Baldwein attinet, moneo vt se deinceps post cratera tegat, aut ego illi Nisus ero. Audacissimum animal est, & cum nec syllabas noscat, flosculorum syllabum conficit. Audi mi vir, & redi. Iam te coronatum dedi, dabo reducem pileatum ac togatum, video enim te in carmine valde lacerum. Vale Lector. Cur non & tu Hunni? Tu Baldwein? imo vero & vos Valete, sed vt ille Afer apud Martialem, qui auere noluit.

* Prima Hunnij verba in Protocollo.

